

1744.

1. Bartholomaeus, Geth. Chrest.: De commando ac periculo praedii ventisti ante resignationem jurisdictionis.
2. Crellius, Christph. Luter: De iure infantium.
3. Crellius, Christph. Luter: Stititidum altius tolli posse etiam cum damno servientis ... disper- fensus erinat.
4. Hanaceius, Christianus: Art. iuridici' ... Decanus. lectori benevolo s. l. p. (ad Diphalisrem Franni Tauri Boemeri iunctas)
5. Hertelius, Io. Christianus: Num foemina ab povertate.   
~~5<sup>a</sup> Iens juris leviores quam habent non mercantur~~  
~~Redemam, Joh. Volkmar: De principiis matrisrum. Gehört nach Lené~~  
6. Hertelius, Joannes Christianus: De origine cannibico. zum.
7. Hopmannus, Carolus Gottlob: De obligacione christia- norum ad observationem legum dominarum de sincero frigido. Ap. II.

8. Leyser, Augustinus, a : De relegatis
9. Leyser, Augustinus, a : De puga militiae
10. Leyser, Augustinus : De paenitentia cleriscorum
11. Menckes, Leonarus Ludovicus : De reprobatione iudeo -
- Item prescriptione
- W<sup>b</sup> Reinhard
12. Risiinus, Andras Florus : Ord. jas . . . decanus :  
lectri beneris : (ad reprobationem manz. Joanni  
Gntheri Schmid invitas)
13. Risiinus, Andras Florus : Ord. jas . . . decanus : Lectri ya -  
beneris s. (ad reprobationem manz. Kaya Tüspes  
Lichtner invitas).
14. Risiinus, Andras Florus : Retractum legalem  
in locutione locum non habet . . . ad disserit.
15. Risiinus, Andras Florus : De verborum significacione  
aliquel usq; distinctionis verum hominorum sententiarum  
affectionatum et mobilium.
16. Valer, Abrahamus : Ord. med . . . decanus . . .  
cornu cervi monstrosum a frumentis arboreis fagi, cui  
adhærit, reseruit.

1745<sup>7</sup>

1. Baermann, Georgius Fidelis : Programma lectionis alge-  
braicæ demonstrationem exhibet.
  2. Berolinensis, Petrus Christianus : Ord. juridici ... Pro de-  
cans : lectori Generalo s.p.d (ad disputationem in anglo-  
judaicam Yeshibam Fratrum Petri Kraeberi invitata)
  3. Berolinensis, Petrus Christianus, Ord. juridici ... Pro Decans.  
lectori Generalo s.p.d (ad disputationem in anglo-  
alem Iwanis Christiani Zorn invitata)
- Y<sup>an</sup> 1746  
Berolinensis, Petrus Christianus : De hispanioribus fiduciam  
mensa circa processum dimicacionis Ruge-  
Precepit Oct. 1746 . 2 f. encpl.
5. Berolinensis, Petrus Christianus : Nephos patris  
collatione liberatus
  6. Hanaccius, Christianus : De vasallo prouido in causa  
Dominii : Scripti dubia .
  7. Hansen, Martinus : De paenitentiis occultis summis

8. Leyser, Augustinus, a: . . . consiliorum et . . . collegio  
rum, quae Veteris regna ius dicunt ac respondunt praecester  
ordinariis: electoribus salutem (ad Dipteralionem Georgii  
Historie Brandenburg)

9. Leyser, Augustinus, a: De ictu justinum.

10. Leyser, Augustinus, a: De perpessione tormentorum.

11. Leyser, Augustinus, a: De fisco.

12. Petri, Gottulf Samuel: De vera mendaci et falsilogiae

Differentia

13. Ritter, Joannes Daniel: Historiam praefecturas primita-  
rianae ab origine Dipteralis ad Constantium M. recen-  
tiss. . . . philomphialis atque artis poeticae con-  
stitutio s. p. 1.

14. Rovinus, Andreas Flores: Terremotis legis uel. Cud.  
De fiduciommis et concium cruxformis.

15. Rovinus, Andreas Flores: De jure facienda foro  
civili.

16. Rovinus, Andreas Flores: De immunitate forenum ab onere  
refundi auctoritate ecclesiastica.

17. Werner, Joannes Muller: De collegiisianorum scita.

ORDINIS IVRIDICI  
IN 1743 3  
ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

PRO-DECANVS  
GEBH. CHRISTIANVS  
BASTINELLER

I C T V S


SACRAE REGIAE MAIEST. POLON. AC  
PRINC. ELECT. SAXON. A CONSILIIS AVLAE  
CODICIS PROFESSOR PVBLICVS CVRIAEC  
PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI  
ET SCABINATVS ASSESSOR  
ATQVE ORDINIS SVI  
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.  
*Controversiae ex materia de furtis.*



DFG



**C**onstat, alienos nummos, contra uoluntatem domini creditos, non fieri accipientis. Quid ergo? uindicari queunt hi nummi, si apud accipientem debitorem extant: si uero is dolo malo desit possidere, ad exhibendum agitur: sin consumti sine dolo malo, dominus illos condicere potest, l. n. §. 2. n. de reb. cred. Tотies enim condicatio datur, quoties ex ea causa numerati sunt nummi, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transuerset, l. 14. n. c. 1. Sic in primis fur surreptos nummos, quos credendi animo dedit, accipientis non facit, sed adhuc extantes dominus, aliusue furtum passus, uindicat, eique ob mala fide consumtos, utpote qui pro integris habentur, actio ad exhibendum conceditur: sin bona fide consumti, mutuum conciliatur, indeque domino aduersus accipientem nascitur condicatio, l. 13. pr. n. eod.

a 2

Ponamus



Ponamus uero, Caium, qui a fure pecuniam, Titio ablata-  
tam, mutuam acceperat, admonitum, uel sua sponte, simi-  
lem sumnam in iudicio, coram quo inquisitio pendebat,  
exsoluisse, et, cum Titio, plures, quibus idem fur surri-  
puerat, aliosque creditores, imo iudicem ob sumtus inqui-  
sitionis, fure parum uel nihil habente, ex deposita summa  
satissimationem petere. Hinc quaeritur, *quisnam alieri praef-  
ferendus sit?* Videtur quidem Titio obstare, quod non *in  
specie* eadem pecunia, quae ipsis amota, sed similis duntaxat  
summa *in genere*, ut, sumto mutuo, fieri solet, a Caio re-  
stituta fuerit, neque alia furis, huiusque debitoris, pecunia  
in locum ablatae ita succedat, ut Titio dominium illius ac-  
quiratur, et hic rei vindicatione experiri queat; condictio  
autem inter actiones personales referatur, et nullam tribuat  
praerogatiuam. At enim uero hoc in casu non est dubium,  
quin Titius sibi surreptam, Caioque creditam, sed nondum  
exsolutam ac depositam, pecuniam ab eo condicere  
potuerit. Ergo etiam ipsis haec condictio salua esse debet,  
quamvis Caius uoluntaria exsolutione et depositione Titium  
praeuenerit, siquidem Leges haud permittunt, ut alteri,  
inscio atque inuitio, per alterius factum iniqua et durior  
conditio inferatur, *l. 74. n. de Reg. Iur.* Cum igitur manife-  
stum sit, Caium creditam sibi a fure pecuniam hac mente,  
ut instanti Titii actione, mutuique obligatione, liberetur,  
depositisse, nec furem, eiusque creditores, ullum in ean-  
dem, multoque minus aliud potius ius habere: res ipsa  
loquitur, solum ad Titium hanc pecuniam pertinere, eum-  
que illam *Iure quasi separationis* petere posse. Sumtus tamen,  
in recuperationem huius modi pecuniae facti, quatenus a  
Caio non sufferuntur, a Titio sunt refundendi, et Iudez,  
donec praestiti, retentionis Iure uti non prohibetur. Conf.  
CONST. CRIM. Art. CCVII. et CCVIII. Scabinatus  
Vitem-

ZUTHERUS

300      301      302

Vitembergensis, M. Nou. anno M DCC XLI. a Praetorio  
Dresdensi, denen Stadt-Gerichten zu Dresden, de hac  
re consultus, reformata priori sententia, pronunciatuit se-  
quentem: Nunnehrs aus denen Acten soviel zu befinden,  
dass die von der Inquisitrix Johanna Adam S. gestohlene,  
sodann aber N. N. geliehene 53. Thlr. nur allein ißtgedach-  
tem S., weil er solche bey dem Debitorum zu condicieren be-  
fugt gewesen, und ihm, das selbige auf des Iudicij bloße  
Requisition, ohne das er deshalb eine ordentliche Klage  
anstellen darfssen, wieder bezahlet und ins gerichtliche De-  
positum geliefert worden, zum Schaden und Nachtheil  
nicht gereichen kan, jedoch nach Abzug derer auf die Wie-  
dererlangung besagter Gelder verwandten Unkosten, als  
welche er, nach vorgehender absonderlichen Liquidation  
und richterlichen Ermäßigung, zu erstatten verbunden,  
billig zu überlassen. Diversa ratio est, si fur surreptos num-  
mos, credendi, pignorandi, commodandi, deponendi, etc. animo  
nemini dedit, sed ita consumxit, ut nusquam appareant, et  
nesciatur, quisnam illos a fure acceperit, adeoque necesse  
sit, ut condicatio contra ipsum furem instituatur. Quo in  
casu ille, qui furum passus est, si cum aliis furis creditoribus  
in persequendo eo, quod ipsis debetur, concurrit, hy-  
pothecarii omnino postponitur, et Iure communi in *quaria*,  
Iure autem Saxonico Electorali in *ultima classe*, collocatur.  
Idem dicendum est de isto, pro cuius nummis ablatis fur  
sibi rem aliquam comparauit, quoniam trita regula: *Res  
succedit in locum pretii, et pretium in locum rei;* in singulari  
causa furti officium suum perdit, l. 48. §. ult. π. de furtis, l. 6.  
*C. de rei vindic.* l. 8. C. Si quis alteri etc. Quando uero furi,  
pretio rerum furtuarum ad certam usque summam resti-  
tuto, poena laquei remittenda est, alia occurrit quaestio,  
eaque magis ardua et maioris momenti; *Num scilicet hoc*



quantum ex bonis furis, quae ad singula eius debita extinguenda non sufficiunt, prae omnibus aliis, etiam priuilegiatis, creditis numerandum? In mentem quidem uenient proverbia: *Ne morte facito digna, si uis uiuere.* Et peccare nefas, aut preium est mori. Nec dissimulo, de aiente sententia conscriptis in Legibus, quantum recordor, nihil expresse constitutum reperiri. Reperitur tamen, quod Principes Legislatores, ignorandum, censuerunt, ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum uoluit, ideoque decreuerunt, nec nocere ei, qui in capitali criminis, quod poenam mortis continet, aduersarium corruptit, l. i. π. de bon. cor. qui ante sentent. Deinde liquet, illud, quod sub mortis poena debetur, et cuius solutio uitam hominis inaestimabilem conseruat, omnes alias debendi causas longe multumque superare, ullamque grauiorem et potiorem non posse excogitari. Porro Ius diuinum nos praecerto instruit salutari: omnes homines aequae diligendos esse, sed, cum omnibus prodesse non possimus, his potissimum consulendum esse, qui pro locorum et temporum, uel quarumlibet rerum opportunitatibus, constrictius nobis, quasi quadam forte, iunguntur. Denique ratio\* Legis anima eius est, et ubi haec quadrat, de mente et uoluntate Legislatori non dubitandum. Accedit, quod expressa nocent, non expressa non nocent, l. 195. π. de Reg. Iur. et rapienda, uel capienda, est occasio, quae benignius praebet responsum l. 168. pr. π. eod. Atque in omnibus quidem, maxime tamen in iure, aequitas spectari debet l. 90. π. eod. Haec enim est legis scriptae aequamentum, uel non scriptae supplementum, qua nihil gratius Iurisconsulto, l. 57. C. de episcop. Idcirco aequitatis maiorem, quam stricti iuris, rationem habere

\* Hi secundum GEORG. BEYERVM Delineat. Iur. Crimin. ad Art. CLVII. CLXII. posit. 10. infelices praedicantur, qui, ratione ciurata, non se-  
cūs, ac seruum pecus, uerbis semper Legum expressis regi uolunt.

bere oportet, eaque a iudice potissimum sequenda est, et  
 pro iis, quae rem circumstant, facto accommodanda, *I. s. C.*  
*de iudiciis.* Ex his igitur argumentis, ut plura, breuitatis  
 causa, taceam, non inepte colligitur, aientem sententiam in  
 Iure et aequitate satis superque fundatam esse. Neque ei  
 adstipulari erubesco. Memini etiam, hoc saepius modo iu-  
 dicatum fuisse. Huc pertinet sententia, a Scabinatu Vitem-  
 bergensi ad requisitionem Praefecti Vicarii Annaburgensis  
 M. Ian. M DCC XLIV. conscripta, quam, praesentis materiae  
 illustrandae gratia, subiungere libet: *Dass Inquisit N. N.*  
*wenn er x. wegen seiner begangenen und gestandenen*  
*Deuben, auch Diebes- Partiereren, und des davon ge-*  
*habten Gemüses, mit dem Strange vom Leben zum To-*  
*de zu bestraffen, er könnte denn die auf ihn kommende*  
*Helfste des auf 80. Thaler hoch beschworenen Pretii derer*  
*R. und M. gestohlnen 4. Pferde, nebst denen 4. Groschen*  
*vor B. Baum, in so weit, daß dasjenige, was an denen*  
*40. Thalern 4. Groschen fehlt, sich nicht über 12. Thaler*  
*12. Groschen belauffe, binnen Sächsischer Frist ihnen erse-*  
*hen, oder auch den Erlaß, und zwar wenigstens dergestalt,*  
*dass das auf die 40. Thaler 4. Groschen restirende Quan-*  
*tum gleichfalls nicht über 12. Thaler 12. Groschen betrage,*  
*in ebenmässiger Frist annoch beybringen, etc. Und sind*  
*die gesamte Unkosten, nebst denen fol. - - angegebenen*  
*Rügen-Straffen, Gerichts- Gebühren, und Verlag, aus*  
*des Inquisiten Vermögen dermaßen, daß erstlich R. M.*  
*und B. wegen obgedachter 40. Thaler 4. Gr., bey unterblei-*  
*bender Remission, wenigstens bis auf 12. Thaler 12. Gro-*  
*schen zu befriedigen, hernach aber die fol. - - liquidirte*  
*Straff- Gelder denen Gerichten zu R. zu vergnügen, und*  
*die andere Expensen vom Ueberreste pro rata abzustatten,*  
*einzubringen. Affinis incidit quaestio, an damnum, occasione*  
*furti*



furti datum, furi in ualorem rei furtiae, cui suspendit, uel alia  
 mortis, poena constituta, ita imputandum, ut, hoc addito, sicque  
 completa summa, Lege definita, fur ultimo supplicio puniendus sit?  
 Aientes quidem ad Ordinationem Criminalem Art. CLX.  
 uerb. Mehe soll ermessnen werden etc. wie schädlich dem  
 Beschädigten der Diebstahl seyn mag; prouocant. Sed haec  
 uerba iure ac merito restricte de damno solum *intrinseco*,  
 quod ex ipso furto, id est, uera pecuniae, aliisue rei, abla-  
 tae aestimatione, nullo affectionis pretio attento, inseruntur, et  
 directo datum est: non uero de damno aliquo, quod, praeter  
 hanc aestimationem, extra rem, lucrificiendi causa contre-  
 ctatam, mediate, uel immediate, posthinc secutum, siue oc-  
 casione furti factum est, et *extrinsecum* vocatur, intelliguntur.  
 Nunquam enim crescit ex postfacto praeteriti delicti  
 aestimatio, l. 138. §. 1. n. de Reg. Iur. Nec multiplicatur,  
 aut noua nascitur actio furti ob id, in quod creuit postea  
 res surrepta, l. 9. pr. de furtis. In poenalibus etiam causis  
 benignius interpretandum est, l. 155. §. 2. n. de Reg. Iur. at-  
 que odia, et poenas, restringi, fauores autem ampliari,  
 conuenit cap. 15. et 49. de Reg. Iur. in ore. Facile quidem  
 largior, quod ad interessè priuatum attinet, furtum passos,  
 ut sibi ex furis bonis de damno *extrinseco* satis fiat, pe-  
 tere posse. Illud tamen, quatenus publice interest,  
 nempe ad effectum irrogandæ mortis poenæ, in uerum  
 rei, furtim ablatae, ualorem referri, salvo aliorum iudicio,  
 nefas, et a mente ac violuntate Legislatoris prorsus alienum  
 existimo. Consentit Nob. Dn. de BERGER. Elec. Iurispr.  
 Crim. pag. 42. n. 2. lit. b. et Oecon. Iur. L. III. Tir. IX. §. VII.  
 not. 1. lit. b. ac priore loco, Collegium Facultatis Vitembergensis in hanc sententiam M. Dec. 1695. respondisse, testa-  
 tur. Certe in Constit. Elect. Saxon. XXXII. P. IV. et Man-  
 dato Regio-Electoral. Saxon. d. d. 27. Iulii 1719, wegen geschwinder  
 Exequi

❀ ❀ ❀

Erequirung derer Räuber und Diebe, de damno hoc ex-  
vinfecto, poena suspendii luendo, nihil legitur. Atque in  
Ordinatione Criminali Art. CVI. aestimatio damni, et poe-  
nae constitutio, Iuris peritorum, qui consulendi, arbitrio  
relinquuntur. In re uero dubia, atque ambigua, humanio-  
rem et benigniorem interpretationem sequi, non minus iu-  
stius est, quam tutius, l. 56. l. 192. §. 1. π. de R. I. l. 10. §. 1. π.  
de Reb. dub. CARPOZOVIVS Iurisprud. For. P. IV. C. 32. D. 2. 3.  
et 4. et Praec. Rer. Crimin. P. II. Qu. 80. n. 58. et 59. citata uer-  
ba ORD. CRIM. Art. CLX. ita explicat, ut, in poena sus-  
pendii infligenda, non lucri, ex re amota a fure percepti,  
sed eius, quod ex furto perpetrato et consummato percipi-  
ere potuit, ratio habenda sit, adeoque ipsius rei, furto  
subtractae, et damni earenus dati, aestimatio consideranda.  
Eandem explanationem, teste B. HORNIO Claff. XV. N. V.  
pag. 1026. b., Facultas Iuridica Vitembergenis M. Febr.  
M DCC VII. ratam habuit. Cuius etiam sententiae, ut mi-  
rioris, esse me haud poenitet. Hacc satis multa, uel plura  
potius, quam necesse fuit. Venio iam ad Candidatum no-  
strum, qui, in omnibus uitiae partibus honestus atque inte-  
ger, istas perinde, ac laudabiliter factum in studiis suis pro-  
gressum, ita describere uoluit:

**E**go, IOANNES CHRISTIANVS ZORN, in banc lucem edi-  
tus sum Halae Idibus Maii anno renouatae salutis CICDCCX.  
patre FRIDERICO ZORN, cuius quondam Hallensi, nunc pie  
defuncto: marre uero ANNA ROSINA GOLZIA, honesti ciuis  
Hallenfis filia unica, pariter iam pie demortua. Optimi uero pa-  
rentes, dum uiuerent, uolde solliciti fuerunt, ut animus meus, in-  
eunte aerae, tam fundamentis pieraris, quam bonarum artium  
literis, imbueretur, eoque consilio non solum in scolis publicis,

b

uerum



verum etiam maxime in priuatis cuiusdam Theologiae Candidati,  
 RAVSCHII, Transsyluani, studiis humanioribus solerter ac pro-  
 uide me impertiendum curarunt. Quo facro, ad altiora studia  
 prosequenda, nomen FRIDERICIANAE dedi, atque in Ciuium  
 academicorum numerum sum relatus. Positis itaque in illa Mu-  
 sarum sede genuinis Philosophiae fundamentis, animum ad stu-  
 dium Iuris, tam publici, quam priuati, adplicui. Namque in  
 enucleandis Elementis legitimae scientiae auscultauit Virum Ce-  
 leberrimum, FLEISCHERVUM, Consiliarium aulicum et Profes-  
 forem Iuris Ordinarium, Eiusque Institutiones Iuris Naturae et  
 Gentium coniunxi. Deinde ad Constitutionem Criminalem  
 Imp. Caroli V., interprete B. Cancellario A LVDEWIG, aggres-  
 sus sum, et, eodem duce, Historiam S. R. I. mibi familiarem redi-  
 didi, qua omnino cavere non possumus in rete intelligenda Iuris  
 prudencia publica et feudali. Hisce igitur perractaris, lauda-  
 tum FLEISCHERVUM in Iure publico et feudali; in Iure vero  
 ecclesiastico Illustrem IVSTVM HENNINGIVM BOEHME-  
 RVM, duces habui. Cuius posterioris scholis publicis, cum illas  
 eodem tempore in SAMVELIS A PUFENDORFF tractatum de  
 habitu relig. christ. ad uit. ciu. aperiret, frequens quoque ad-  
 fui. Quem itidem in Iure priuato, et quidem Introduct. ad Ius  
 Digest. et tractatum de Actionibus, nec minus publice LVDO-  
 VICI processum cambiale, et BRVNNEMANNI tractarum de  
 Processu concursi creditor interpretantem, sedulo sum securus.  
 Porro pari ardore discendi B. IO. GOTTL. HEINECII do-  
 ctrina usus sum in eiusdem Historia Iuris aequa, ac explicandis  
 antiquitatibus Romanis, ad Instirutiones Imperat. conscriptis.  
 Sine his enim subtiliis Leges Romanae obscurae larent, nec cogni-  
 tio nostra limpidor reddinur, quam ex historia. Id quod iam Ci-  
 cero bene perspexit, historiam adpellando dextrum oculum. At-  
 que deinceps Viri Illustris, SIMONIS PETRI GASSERI, Con-  
 siliarii


❀ ❀ ❀

filiorum intimi, proselectionibus, quibus LUDOVICI processum  
ciuilem et criminalem, ut et Oeconomico-Cameralia, se-  
cundum librum, a se editum, exposuit, irreverte plane non dubi-  
taui. In arte Heraldica, praeente Celeberrimo SCHNEIDER-  
LIO, Consiliario culico, in libello, cui titulus: Einleitung zu  
der Wappen-Lehre; uersari admodum volupe erat. Deni-  
que Ienae aliquandiu commoratus sum, ibidemque Viros, fama  
Clarissimos, ENGAVIVM, processum criminalem traden-  
tem, nec non SCHAVMBVRGIVM in processum ciuilem,  
et BOEHMERI Ius Digestorum, indefessus audiui. Quibus  
peractis, in patriam reuersus, praxi forensi me tradere con-  
stitueram, quod, teste Cicerone, usus et exercitatio omne fert  
punctum, nec scholae, sed usui fori, discimus. Vnde nullo non  
tempore theoriam Iuris cum iis, quae in actibus rerum obti-  
nent, continuxi. Quem in finem Virum Consultissimum D. IO.  
FRID. SEYFARTH, Aduocatum ordinarium Hallensem diser-  
tissimum facundissimumque, in Collegio practico-elaborato-  
rio B. GRIBNERI principia proc. iud. explicantem, adii.  
Cuius aedes postmodum per biennium, et quod excurrit, in-  
habitaui, ut eo facilius ad abdita praxeos, uti vocare con-  
sueuerat, admitterer. A quo tritura forensi plenius institu-  
tus sum, mibique occasio nata est, tempus non solum in  
actis legendis collocandi, sed et ipsis rerum argumentis manus  
admovendi, operamque Deductionibus conficiendis sub eiusdem  
auspiciis nauauai. Reliquum tempus Musis litani meis.


Nihil habeo, quod addam, praeter laudis et virtutis  
elogium. Ordo enim Iuridicus, explorata satis, cognitaque  
et probata Candidati nostri eruditione, peritia ac doctrina,  
qua maxime delectatus est, eum omnino dignum iudicauit,  
cui summi in utroque iure honores, pro merito suo, confe-



rantur. Prohibit igitur Candidatus noster proxime futuro die  
*Iouis*, ac disputationem suam inaugurelam, de potestate indicis  
*inferioris circa adpellationes*, Praefide Viro Illustri, **AVGVSTI-**  
**NO A LEYSER**, *Dynastiae Nudersdorff etc.* Potentissimo Polonia-  
 rum Regi et Principi Electori Saxoni a Consiliis Aulae ac Iusti-  
 ziae, Consistorii Ecclesiastici Directore, Curiae Provincialis et  
 Scabinatus Assessore primario, atque Ordinis Iuridici Ordinatio  
 longe meritissimo, in Auditorio maiore, horis ante et post  
 meridiem consuetis, defendet. Cui actui solemni ut *Pro-*  
*Rector Academiae Magnificus*, *Patres*, *Proceres*, *Civesque acade-*  
*mici*, et omnes liberalium artium Cultores ac Fautores, interesse,  
 suaque honorifica praesentia decus et ornamentum concili-  
 liare ne grauentur, Ordinis nostri, et Candidati, meoque  
 nomine, qua par est, obseruantia et humanitate oro et ob-  
 testor. Quod reliquum est, mutua quaevis studia et officia  
 polliceor gratissima, atque enitar, ne singularis huius fau-  
 ris ac benevolentiae memoriam ulla unquam deleat  
 obliuio. P. P. Dominica post nativitatem Christi  
 A. R. S. c<sup>o</sup> 1000 XLV.



VITEMBERGAE. Ex OFFICINA SCHLOMACHIANA



Wittenberg, Diss., 1744-45

ULB Halle  
005 310 547

3



KD 18



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

# ORDINIS IVRIDICI

IN

1743

20

ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

PRO-DECANVS  
GEBH. CHRISTIANVS  
BASTINELLER

ICTVS

SACRAE REGIAE MAIEST. POLON. AC  
PRINC. ELECT. SAXON. A CONSILIIS AVLAE  
CODICIS PROFESSOR PVBLICVS CVRIAEC  
PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI  
ET SCABINATVS ASSESSOR  
ATQVE ORDINIS SVI  
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*Controversiae ex materia de furtis.*

